Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 61

, 129.

S. Boëtii Libb. V. de Consolatione Philosophiæ.

3a–123a

Cod. LXI.

Chartac. 4.to min. Sec. 15. I. 2.


1.

S.ti Boëtii Libri V. de Consolatione Philosophiæ, cum excerptis ex Comentario, qui perperam S. Thomæ de Aquin. tribuitur. Quo folio primo de Boëtii fatis, Scriptis &c. legentur ex eodem Comentario desumpta sunt. Titulus operis est: „Anitii Manlii Torquati Severini Boëtii ordinarii „patricii viri ex consulis de consolatione philosophie „liber primus incipit Metrum primum heroicum „elegiacum." Initium: „Carmina qui quondam „studio florente peregi". Finis: „quom ante „oculos agitis iudiciis cuncta cernentis." „Gloria „deo sempiterno. – Contuli codicem nostrum cum edit. Norimb. per Joan. Koburger, 1473. eique consonam inveni.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boëthius, Author Christianus, vir ingenio et dignitate clarus, variarum Scriptor cognitionum: jussu Theodorici Regis gothorum, cujus tyrannidi suffragari noluerat, carceri mancipatus et interemptus est A. Ch. 524. Pleura de illo Fabr. Bibl. lat. l. 3. c. 15. p. 146. Authorem Comentarii non esse S. Thomam Aq. satis inter Eruditos constat; quis autem sit, non ita liquet. vid. cave. p. 728. Oudin. T. 2. p. 360.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 61

, 130.



Carmen de Ascens. Dom.

183a–185b

2.


Carmen Elegiacum de Ascensione Domini, incerti Authoris, variis notis interlinearibus et in margine instructum. Incipit: "Salve festa dies toto venerabilis evo." Finitur: "Consolidans donis nos fine fine tuis". Folio hujus carminis ultimo aliena manus adjecit:

Zu Gmünd Martini, Ebm. in festo Nicolai;
Zu Blasii Lemgow, Gramm oculi mei semper;
Zu Wyn Sanct, Margen Johannis baptiste,
Von Antorff Carnes sunt gunth festo pentecost;
Trag, Goarbrun Sixti, Wurf Ehrstoll bat Bartholomei;
Olaus Stod Kalixti, Jorg Kurs natalitia Xti.
Von Lowen egidii, Jakobus Gruenwald Benedicti;
Lucas Holtz si velis willst mit mspringen Michaelis.
Gmund Nürnberg Colomani sind Emund damiani;
Von Jakob von martini, Hainrich Ehrnperger circumcisionis.

Alia manus addidit: "Aquilam e nido curve tu salve fugasti".

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 61

, 131.



C. C. Sallustij de Conjuratione Catilinæ.
186a–248b

3.

Caji Crispi Sallustii bellum Catilinarium, seu de conjuratione Catilina. Titulus quidem in Codice nostro est: "C. C. Sallusty historia ad Chatilinam". Verum in inscriptione hujus operis Codices Mss. variare ostendit Sig. Havercampus in edit. Opp. Sallustii, Amstel. 1742. 4. T. I. p. i. in notis variorum. In calce operis additum: "Finis historiæ Sallustii de Conjuratione Catilinæ." Caterum codex noster multas continet lectiones variantes ab editione Havercampi, abundans præterea notatis, lineis et margini insertis.
De novissima Sallustii belli Catilin. editione, cura g. Christoph. Harles; Norimb. 1797. vid. Oberdeutsche allgem. Litteraturzeitung, 1797. 72. Stück. den 16. Juny, p. 1143.

C. C. Sallustius Amiterni, oppido Sabinorum natus, Senator, Prætor, et profectus Numidiæ, vitæ ipse profligatæ, sed alienorum acerbissimus vitiorum profligator, abiit ad urb. 723. ante Christum 31. vid. Fabric. Bibl. lat. T. I. l. 1. c. 9. p. 164.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 61

, 132.

Histor. Lucretia.

249a-251a

4.

Historia Lucretiæ matronæ Romanæ, additis intra textum et in margine adnotationibus, plerumq; ad Etymologiam vocum spectantibus. Titulus est: „Horatius de Lucretia romana pudicissima". Initium: „Lucretia romanæ pudicitiæ dua egregia". Finis: „Sed conseruata sit romana libertas". In eo scriptor noster hallucinatur, quod Horatium, qui nunquam Lucretiæ in scriptis suis meminit, authorem hujus historiæ exhibet. Agunt de illa Livius l. 1. c. 57. 58. 59. Dion. Halic. l. 4. p. 262. Hor. l. 1. c. 7. et 24. Val. Max. l. 6. c. 1. 1. item Plutarch. S. Aug. Tertull. Ovid.

Not. Horatii loco legendus est Boccacius author libri de claris Mulieribus, cujus præsens scriptum autumo fragmentum. Idem author decantati Decamironis vivere desiit Certaldi ao 1375. vide Pitham. Cap. 647.

Virgilii Moretum.

252a-255b

5.

Virgilii Maronis Moretum, poema. Titulum habet: „Moretum Virgilii", et incipit: „Jam nox hibernas bis quinque peregerat horas". Finitur: „Atque agit in segetes, et terræ condit „aratrum". An genuinus sit Virgilii partus, inter Eruditos nondum liquet. Habetur in edit. Veneta per Jacobum Zabeum, 1475. Sed inter Catalecta, edit. Opp. Virgilii curante Burmano, Amstel. 1746. 4. non reperitur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 61

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27404

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)